

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Urkunden und Akten der Stadt Strassburg

Urkunden und Stadtrechte bis zum Jahr 1266

Wiegand, Wilhelm

Straßburg, 1879

1182

[urn:nbn:de:bsz:31-326693](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-326693)

April 23

elemosinariis Burcardo videlicet et Cûnrado eorumque successoribus in perpetuum cura committatur ita, ut omnia, quę nunc inpresentiarum eadem capella possidet vel postmodum quocunque modo cum deo adipisci poterit, in provisione eorum consistant, ut ipsi sibi inde suam necessitatem suppleant et cetera peregrinis et pauperibus fideliter distribuant, lumen quoque capelle provideant. constituit nichilominus sacer conventus noster in sollemni capitulo rogante et ordinante predicto Engelberto decano, ut ad perpetuum hujus constitutionis monumentum in letania majore videlicet in festo sancti Marci conventus noster cum processione ad eandem capellam veniat et predicti elemosinarii provisores scilicet capellę et hospitalis refectioem fratribus eadem die in refectorio claustris sancti Thome procurent, quę refectio constet quinque solidos et^a quartale frumenti et amam vini. unde predictus decanus pro remedio anime suę dedit eidem capellę dimidium mansum propria facultate sua emptum, in Eccheboldesheim marcha situm, censualem videlicet ecclesię sancti Thome. Cûnradius quoque elemosinarius similiter dedit dimidium mansum censualem ecclesię nostre in eadem marcha situm. preterea dedit decanus tres agros proprios in eadem marcha sitos. ad hec in Huspergen dedit duos mansos et dimidium censuales ecclesię nostre, ad quorum emptionem dominus Burchardus vicedominus et frater noster duo talenta dedit. dominus Hugo quoque sacerdos de Gûgenheim et frater noster dedit predictę capellę quartam partem mansi in Cûnheim censualem ecclesię de Nuwilre. in eadem marcha dedit decanus quatuor agros proprios et curtim. hec ergo et alia, si que deo annuente prefata capella juste poterit acquirere, sicut sacrum nostrum decrevit capitulum, predicti elemosinarii Burchardus et Cûnradius eorumque successores in perpetuum in sua potestate teneant et, quicquid preter censum et duram necessitatem eorum residuum fuerit et preter refectioem fratrum in festo beati Marci, fideliter pauperibus et luminaribus ecclesię distribuant. et ut hec nostra pia statuta firma et inconvulsa permaneant et ne aliqui successorum nostrorum infringere valeant, presentis scripti munimine et ecclesię nostre sigilli impressione corroborare decrevimus. acta sunt hec anno dominice incarnationis 1182, indictione 12¹, Lucio reverentissimo sacrosanctę Romane ecclesie presidente, regnante domino Friderico gloriosissimo Romanorum imperatore et semper augusto, Henrico venerabili Argentinensis ecclesię electo presente et approbante, domino Fricone reverendo ecclesię majoris decano tunc vicem domini electi gerente, presentibus quoque et consentientibus ac consulentibus religiosis prelati et fratribus ecclesię sancti Thome: Friderico preposito, Engelberto decano, Henrico magistro scholarum, Ottone portario, Algoto cellerario, Ottone pincerna, Rudolfo, magistro Hugone, Hugone sacerdote de sancta Aurelia, Rudegero, Johanne, Friderico sacerdote de Offenbure, Burchardo vicedomino, Erbone, Dithero, Alberto, Bertoldo, Hugone, Werinhero, Rudolfo ecclesie sancti Petri cellerario, Werinhero marscalco, Sifrido burgravio, Walthero causitico, Alberto de Ehenheim, Rudolfo de

a) et auf Rosur nur in Spuren sichtbar.

¹ Die richtige Indictionsziffer ist 15.

Rinowe. quoniam vero multiplicata cautela ampliorem actionibus prestare solet firmitatem, utile duximus hanc nostre constitutionis cartam non solum nostre ecclesie sed et majoris ecclesie et beati Petri sigillis insignire.

T aus Straßb. Thom. A. docum. hist. lad. 13 or. mb. c. 3 sig. pend.

Gedruckt darnach bei Ch. Schmidt Hist. du chap. de s. Thom. p. 294 nr. 10.

119. *Walther der Spender Bischof Heinrichs von Straßburg gründet auf ihm gehörigem Areal jenseits der Breusch die der St. Thomaskirche unterstehende St. Nicolauscapelle. 1182.*

: In nomine sancte et individue trinitatis. : notum sit omnibus Christi
 10 fidelibus tam posteris quam presentibus, qualiter dominus Waltherus domini nostri
 Heinrichi Argentinensis episcopi dispensator pro remedio anime sue in honore sancte
 Marie Magdalene, Mauricii, Nycolai, Cecilie in predio suo, quod situm est ultra
 Bruscam in territorio sancti Thome, capellam construxit¹ et consilio communi atque
 15 rogatu locius conventus claustrum sancti Thome eandem capellam uno manso inferioris
 Hugisbergin marcha sito donavit et videlicet compositione, quod predictus Walterus
 capellam clerico, cui velit, legitime usque in finem vite sue primo concedat
 habendam et idem clericus tam dote capelle quam aliis redditibus ad terminum vite
 sue fruatur preter dimidias tamen oblationes, quas idem clericus custodi sancti
 20 Thome fideliter dividere debet. et sepius nominatus clericus, officio suo apud
 capellam celebrato, nisi infirmi impediverint, sancti Thome chorum debet frequentare.
 baptisma vero vel sepultura nulli in eadem capella debet denegari vel a quoquam
 prohiberi. mortuo autem primo ejusdem capelle clerico, prepositus sancti Thome,
 cui vult, clerico capellam concedere debet. conventus sancti Thome in festo sancte
 Marie Magdalene primam vesperam in eadem capella debet canere. ob quam
 25 venerationem jam dictus Waltherus ad refectionem fratrum in eodem festo 15 solidos
 de predio suo annuatim dari constituit. ut autem hec stabilia et inconfusa perma-
 neant et ne quis successorum nostrorum infringere valeat, sigilli domini nostri
 Heinrichi Argentinensis episcopi impressione corroboramus. acta sunt hec anno
 dominice incarnationis 1182, indictione 11², Lucio reverentissimo Romane sedi
 30 presidente, regnante Friderico gloriosissimo Romanorum imperatore et semper
 augusto, Heinricho venerabili Argentinensi episcopo presente et approbante, domino
 Friccone majoris ecclesie decano etiam presente, presentibus quoque et consentientibus
 ac consulentibus religiosis prelatibus et fratribus sancti Thome: Friderico preposito
 sancti Thome, Engelberto decano, Heinricho magistro scholarum, Ottone portario,
 35 Algoto cellerario, Rüdolfo, magistro Hugone sacerdote de sancta Aurelia, Rüdegero
 et Johanne, Friderico sacerdote de Offenburch, Burchardo vicedomino, Erbone,
 Dieterico, Alberto, Berhtoldo, Hugone, Ottone pincerna, Wernhero, domino Rüdolfo

Juli 22

¹ Vergl. Ch. Schmidt Hist. du chap. de s. Thom. p. 248 ff.

² Die Indictionsziffer um 4 zu niedrig.